Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



pus crucifixi saluatoris accipiens ioseph in horto sepeliuit. Creuit autem
& factum est in arborem quia resurrexit & ascendit in caelum. expandit ramos in quibus uolucres caeli requiescerent. quia praedicatores dispersit in
mundum in quorum dictis atque consolationibus huius uitae fatigatione
fideles quique respirarent.

Et iterum dixit. Cui similem existimabo regnum dei & cui similem est fermento quod accepta mulier abscondit in farina
sata tria donec fermentaretur totum.

Satum genus est mensurae iuxta morem prouinciae palestinae unum & dimidium
modium capiens. Fermentum ergo dilectionem dicit quae feruefacit & exci
tat mentem. Mulierem uero illam fidem abrahae cui supremanus inposuit & confestim
erectam glorificabat dominum. hoc est ecclesiam significat cuius farina nossumus quot
quot amoris & spei exercitio quasi mola superiore & inferiore conteritur
Ut iuxta apostolum unus panis unum corpus multi sumus in xpo. Abscondit
ergo mulier fermentum dilectionis in farinae sata tria quam praecepit ecclesia
ut diligamus dominum ex toto corde tota anima tota uirtute cui subtrpo sarrae per
abraham dicitur. Accelerat triasata similecommisce & fac subcinericiospa
nes. possunt in farinae sata tribus & iam tres dominici seminis fructus tricesimus,
Scilicet & sexagesimus & centesimus intelligi. Id est coniugatorum continen
tium uirginum. & pulchre dicit. eatenus abscondit tum in farina fermentum
donec fermentaretur totum. quia caritas in mente recondita eousque
crescere debet donec totam mentem in sui perfectionem commutet. Ut nihil
uideli & praeter ipsam conditoris sui dilectionem diligere agere recolere am
ma possit. qd hic quidem In choati sed ibi habet & perfecti ubi cum sit deus omnia in
omnibus omnes in uno eodem q: suae dilectionis ignem calefacit.

Ait autem illi quidam. domine si pauci sunt qui saluantur. Ipse
autem dixit ad illos. Contendite intrare per angustam portam.

Per angustam portam aula salutis intratur quia per labores necesse est utrique uita
saeculi fallantis in lecebris uincantur. & benedixit. Contendite intrare. quia nisi
mentis contentio feruerit. unde mundi non uincitur per quam anima semper ad imaginem uocatur.

Quia multi dico uobis quaerunt intrare
& non poterunt.

Quaerunt intrare salutis amore prouocati & non poterunt tuneris aspertitate
deterriti quaerunt. hoc ambitione praemiorum aquomox laborum tumo
re refugiunt. Non quia iugum domini asperum aut onus eius grauе. sed quia